



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Petri pontici monachi. Capvt C.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

illum. Senex autem vt vidit Saracenum contra se venientem, intuens in cœlum ait: Domine Iesu Christe, voluntas tua fiat. Statimque aperta est terra, & absorbuit Sarracenam illum, lenisq; saluatus est.

Vide quàm gratum Deo faciât hominē cōtinuā ieiunā.

Vita Petri pontici monachi.

C A P V T C.

Rursus narrauerunt nobis prædicti loci patres, quod illic fuerit quidam senex, Petrus nomine, genere Ponticus, multis, præclarisque virtutibus ornatus. De hoc sene Theodorus, qui fuit Episcopus Rosensis, dicebat, nobis quod die quadam conuenit illum ad Iordanem in monasterio Turrium, illic enim ieiunabat, eique dixit: Fac charitatem, frater Theodore, veni mecum in montem Sina, quia ieiunatio officii tui votum habeo. Qui cum nollet obedire, dixit ad eum: Eamus. Cum vero transisset Iordanem, dixit ad Theodorum senior: Veni, frater Theodore, oremus, vt vsque ad montem Sina nullus nostrum comedat. Ad quem ille: Verè, pater, ego hoc facere non possum. Prostratus autem se senex, & orauit & vsque ad Sina nihil comedit. Sumptis igitur illic sanctis mysteriis tunc & cibum sumpsit. Similiter & a Sina vsque Alexandriam ad sanctum Menam peruenit, nihil omnino comedente sene. Ibiq; denuo communicans, post communionem cibum sumpsit. Et a sancto Mena vsque in sanctam Ciuitatem venerunt, cum nihil omnino gustasset senior in via. Cum verò in sancta Christi Dei nostri Resurrectione percepisset veneranda mysteria, tunc demum accepit & cibum. In hoc ergo toto, tali tantog; ieiunio

tinere nisi tertio nō comedit senex, semel in Sina
monte, semel in Alexandria, & semel in S. Ciui.

1 Etiam sancti veteres vouebant peregrinationes, &
vota persoluebant.

2 Ecce oratio cū prostratione, & mirabilis eius effectus.

3 Nota sacram Eucharistiam supra appellari sancta, hic
vero veneranda mysteria.

Vita Pardi monachi Romani.

CAPVT. CL.

Narrauerunt etiam nobis de alio sece Pat-
res eiusdem monasterij, dicentes: Erat hic
senex quidam, qui ante modicum tempus
defunctus est, Pardus nomine, genere Romanus.
Hic dū esset iunior, mulio fuerat. Die igitur qua-
dā abiit Hierico cū nullis Et cū esset in Anodoe-
chio, inuētus est illic puer paruulus, quē agente dia-
bolo, mul' calce percussit, & occidit, ignorante hoc
Abbate Pardo. Afflictus verò super hoc multum
Abbas Pardus, abiit in Arnonem, & effectus est
Anachoreta, lugens semper, dicens: Ego feci ho-
micidium, & vt homicida in iudicio damnatus
sum. Erat autem illic prope torrentem leo. Die-
busque singulis ibat Abbas Pardus ad cubile leo-
nis, stimulans, & prouocans leonem, vt exurge-
ret, & deuoraret eum. Leo autem nihil omnino
illum lædebat. Videns autem senex, quia nihil
proficeret, ait in se ipso: Dormiam in via, per quā
leo pergat ad fluuium, nam cū transibit, vt eat
ab bibedū, deuorabit me, cū ergo iaceret, ecce leo
post paululū venit, & quasi ratione præditus es-
set, cū omni quiete transiuit senē neq; omnino
illū retigit. Tunc, senior certior fact' est quod De'us
remisisset, illi peccatū, & veniens rursus in mona-
steriū suū, vixit in magna continentia ædificans
omnes vite suæ exemplo vsq; ad diem obitus sui.